

BOLETIN  **OFICIAL**

DEL

OBISPADO DE OSMA.

Este BOLETIN se publica ordinariamente los días 15 y 30 de cada mes, pudiendo anticiparse ó retrasarse algún número, cuando las necesidades del servicio lo reclamen y así lo disponga el Prelado. La colección será objeto de Santa Visita.

La Administración del BOLETIN está á cargo de la Secretaría de Cámara, donde se admiten subscripciones, mediante pago anticipado de 6 pesetas al año. A las fábricas se hará cada semestre el descuento estrictamente necesario.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS

VNIVERSOS CATOLICI ORBIS

GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

~~~~~  
(Prosequitur).

Qua plena sapientiae lege nequaquam Ecclesia pervestigationem scientiae biblicae retardat aut coer-  
cet; sed eam potius ab errore integram praestat, plurimumque ad veram adiuvat progressionem. Nam privato cuique doctori magnus patet campus, in quo, tutis vestigiis, sua interpretandi industria praeclare certet Ecclesiaeque utiliter. In locis quidem divinae Scripturae qui expositionem certam et definitam adhuc desiderant, effici ita potest, ex suavi Dei providentis consilio, ut, quasi praeparato studio, iudicium Eccle-

siae maturetur; in locis vero iam definitis potest privatus doctor aequè prodesse, si eos vel enucleatius apud fidelium plebem et ingeniosius apud doctos edisserat, vel insignius evincat ab adversariis. Quapropter praecipuum sanctumque sit catholico interpreti, ut illa Scripturae testimonia, quorum sensus authentice declaratus est, aut per sacros auctores, Spiritu Sancto afflante, uti multis in locis novi Testamenti, aut per Ecclesiam, eodem Sancto adsistente Spiritu, *sive solemni iudicio, sive ordinario et universalis magisterio* (1), eadem ipse ratione interpretetur; atque ex adiumentis disciplinae suae convincat, eam solam interpretationem, ad sanae hermeneuticae leges, posse recte probari. In ceteris analogia fidei sequenda est, et doctrina catholica, qualis ex auctoritate Ecclesiae accepta, tamquam summa norma est adhibenda: nam, quum et sacrorum Librorum et doctrinae apud Ecclesiam depositae idem sit auctor Deus, profecto fieri nequit, ut sensus ex illis, qui ab hac quoquo modo discrepet, legitima interpretatione eratur. Ex quo apparet, eam interpretationem ut ineptam et falsam reiiciendam, quae, vel inspiratos auctores inter se quodammodo pugnantes faciat, vel doctrinae Ecclesiae adversetur.—Huius igitur disciplinae magister hac etiam laudè floreat oportet, ut omnem theologiam egregie teneat, atque in commentariis versatus sit Ss. Patrum Doctorumque et interpretum optimorum. Id sane inculcat Hieronymus (2), multumque Augustinus, qui, iusta cum querela, «Si unaquaeque disciplina, inquit, quamquam vilis et facilis, ut percipi possit, doctorem aut magistrum requirit, quid temerariae superbiae plenius, quam divinorum sacramentorum libros ab interpretibus suis nolle cognoscere (3)!». Id ipsum sensere et exemplo confirmavere ceteri Patres, qui «divinarum

(1) Conc. Vat. III sess. cap. III, de fide. — (2) *Ibid.* 6, 7. — (3) Ad Honorat. de utilit. cred. XVII, 35.

Scripturarum intelligentiam, non ex propria praesumptione, sed ex maiorum scriptis et auctoritate sequebantur, quos et ipsos ex apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat (1)». — Iamvero Ss. Patrum, quibus «post Apostolos, sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, aedificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit (2), summa auctoritas est, quotiescumque testimonium aliquod biblicum, ut ad fidei pertinens morumve doctrinam, uno eodemque modo explicant omnes: nam ex ipsa eorum consensione, ita ab Apostolis secundum catholicam fidem traditum esse nitide eminet. Eorumdem vero Patrum sententia tunc etiam magni aestimanda est, quum hisce de rebus munere doctorum quasi privatim funguntur; quippe quos, non modo scientia revelatae doctrinae et multarum notitia rerum, ad apostolicos libros cognoscendos utilium, valde commendet, verum Deus ipse, viros sanctimonia vitae et veritatis studio insignes, amplioribus luminis sui praesidiis adiuverit. Quare interpretes suum esse noverit, eorum et vestigia reverenter persequi et laboribus frui intelligenti delectu. — Neque ideo tamen viam sibi putet obstructam, quo minus, ubi iusta causa adfuerit, inquirendo et exponendo vel ultra procedat, modo praeceptioni illi, ab Augustino sapienter propositae, religiose obsequatur, videlicet a litterali et veluti obvio sensu minime discedendum, nisi qua eum vel ratio tenere prohibeat vel necessitas cogat dimittere (3): quae praeceptio eo tenenda est firmitus, quo magis, in tanta novitatum cupidine et opinionum licentia, periculum imminet aberrandi. Caveat idem ne illa negligat quae ab eisdem Patribus ad allegoricam similemve sententiam translata sunt, maxime quum ex litterali descendant et multorum auctoritate fulciantur. Talem enim interpretandi rationem ab Apostolis Ecclesia

---

(1) Rufin. *His. eccl.* II, 9. — (2) S. Aug. c. Julian. II, 10, 37. — (3) *De Gen. ad litt.* I. VIII, c. 7, 13.

accepit, suoque ipsa exemplo, ut e re patet liturgica, comprobavit; non quod Patres ex ea contenderent dogmata fidei per se demonstrare, sed quia bene frugiferam virtuti et pietati alendae nossent experti. — Ceterorum interpretum catholicorum est minor quidem auctoritas, attamen, quoniam Bibliorum studia continuum quemdam progressum in Ecclesia habuerunt, istorum pariter commentariis suis tribendus est honor, ex quibus multa opportune peti liceat ad refellenda contraria, ad difficiliora enodanda. At vero id nimium dedecet, ut quis, egregiis operibus, quae nostri abunde reliquerunt, ignoratis aut despectis, heterodoxorum libros praeoptet, ab eisque cum praesenti sanae doctrinae periculo et non raro cum detrimento fidei, explicationem locorum quaerat, in quibus catholici ingenia et labores suos iamdudum optimeque collocarint. Licet enim heterodoxorum studiis, prudenter adhibitis, iuvvari interdum possit interpres catholicus, meminerit tamen, ex crebris quoque veterum documentis (1), incorruptum sacram Litterarum sensum extra Ecclesiam neutiquam reperiri, neque ab eis tradi posse, qui, verae fidei expertes, Scripturae, non medullam attingunt, sed corticem rodunt (2).

Illud autem maxime optabile est et necessarium, ut eiusdem divinae Scripturae usus in universam theologiae influat disciplinam eiusque prope sit anima: ita nimirum omni aetate Patres atque praeclarissimi quique theologi professi sunt et re praestiterunt. Nam quae obiectum sunt fidei vel ab eo consequuntur, ex divinis potissime Litteris studuerunt asserere et stabilere; atque ex ipsis, sicut pariter ex divina traditione, nova haereticorum commenta refutare, catholicorum dogmatum rationem, intelligentiam,

---

(1) Cfr. Clem. Alex. *Strom.* VII, 16; Orig. *de princ.* IV, 8; in *Levit. hom.* 4, 8; Tertull. *de praescr.* 15, seqq.; S. Hilar. Pict. in *Matth.* 13 l.

(2) S. G. eg. M. *Moral.* xx, 9 (al 11).

vincula exquirere. Neque id cuiquam fuerit mirum qui reputet, tam insignem locum inter revelationis fontes divinis Libris deberi, ut, nisi eorum studio usuque asiduo, nequeat theologia rite et pro dignitate tractari. Tametsi enim rectum est iuvenes in Academiis et scholis ita praecipue exerceri ut intellectum et scientiam dogmatum assequantur, ab articulis fidei argumentatione instituta ad alia ex illis, secundum normas probatae solidaeque philosophiae, concludenda; gravi tamen eruditoque theologo minime negligenda est ipsa demonstratio dogmatum ex Bibliorum auctoritatibus ducta: «Non enim accipit (theologia) sua principia ab aliis scientiis, sed immediate a Deo per revelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis, tamquam a superioribus, sed utitur eis tamquam inferioribus et ancillis». Quae sacrae doctrinae tradendae ratio praeceptorem commendatoremque habet theologorum principem, Aquinatem (1): qui praeterea, ex hac bene perspecta christiana theologiae indole, docuit quemadmodum possit theologus sua ipsa principia, si qui ea forte impugnent, tueri: «Argumentando quidem, si adversarius aliquid concedat eorum, quae per divinam revelationem habentur; sicut per auctoritates sacrae Scripturae disputamus contra haereticos, et per unum articulum contra negantes alium. Si vero adversarius nihil credat eorum quae divinitus revelantur, non remanet amplius via ad probandum articulos fidei per rationes, sed ad solvendum rationes, si quas inducit contra fidem (2)».—Providendum igitur, ut ad studia biblica convenienter instructi munitique aggrediantur iuvenes; ne iustam frustrentur spem, neu, quod deterius est, erroris discrimen incaute subeant, Rationalistarum capti fallaciis apparatusque specie eruditionis. Erunt autem optime comparati, si, qua

---

(1) *Summ. theol.* p. 1, q. 1, a. 5 ad 2.—(2) *Ibid.* a. 8.

Nosmetipsi monstravimus et praescripsimus via, philosophiae et theologiae institutionem, eodem S. Thoma duce, religiose coluerint penitusque perceperint. Ita recte incedent, quum in re biblica, tum in ea theologiae parte quam *positivam* nominant, in utraque laetissime progressuri.

Doctrinam catholicam legitima et sollerti sacrorum Bibliorum interpretatione probasse, exposuisse, illustrasse, multum id quidem est: altera tamen, eaque tam gravis momenti quam operis laboriosi, pars remanet, ut ipsorum auctoritas integra quam validissime asseratur. Quod quidem nullo alio pacto plene licebit universeque assequi, nisi ex vivo et proprio magisterio Ecclesiae; quae *per se ipsa, ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis fecunditatem, ob catholicam unitatem, invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile* (1). Quoniam vero divinum et infallibile magisterium Ecclesiae, in auctoritate etiam sacrae Scripturae consistit, huius propterea fides saltem humana asserenda in primis vindicandaque est: quibus ex libris, tamquam ex antiquitatis probatissimis testibus, Christi Domini divinitas et legatio, Ecclesiae hierarchicae institutio, primatus Petro et successoribus eius collatus, in tuto apertoque collocentur. Ac hoc plurimum sane conducet, si plures sint e sacro ordine paratiores, qui hac etiam in parte pro fide dimicent et impetus hostiles propulsent, induti praecipue armatura Dei, quam suadet Apostolus (2), neque vero ad nova hostium arma et praelia insueti. Quod pulcre in sacerdotum officiis sic recenset Chrysostomus: «Ingens adhibendum est studium ut *Christi verbum habitet in nobis abundanter* (3): neque enim

---

(1) Conc. Vat. sess. III, c. III, de fide.—(2) Eph. IV, 13, seqq.—  
(3) Cfr. Col. III, 16.

ad unum pugnae genus parati esse debemus, sed multiplex est bellum et varii sunt hostes; neque iisdem omnes utuntur armis, neque uno tantum modo nobiscum congredi moliuntur. Quare opus est, ut is qui cum omnibus congressurus est, omnium machinas artesque cognitas habeat, ut idem sit sagittarius et funditor, tribunus et manipuli ductor, dux et miles, pedes et eques, navalis ac muralis pugnae peritus: nisi enim omnes dimicandi artes noverit, novit diabolus per unam partem, si sola negligatur, praedonibus suis immissis, oves diripere (1)». Fallacias hostium artesque in hac re ad impugnandum multiplices supra adumbravimus: iam, quibus praesidiis ad defensionem nitendum, commoneamus.—Est primum in studio linguarum veterum orientalium simulque in arte quam vocant criticam. Utriusque rei scientia quum hodie in magno sit pretio et laude, ea clerus, plus minusve pro locis et hominibus exquisita, ornatus, melius poterit decus et munus sustinere suum; nam ipse *omnia omnibus* (2) fieri debet, paratus semper *ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quae in ipso est spe* (3). Ergo sacrae Scripturae magistris necesse est atque theologos addecet, eas linguas cognitas habere quibus libri canonici sunt primitus ab hagiographis exarati, easdemque optimum factu erit si colant alumni Ecclesiae, qui praesertim ad academicos theologiae gradus aspirant. Atque etiam curandum ut omnibus in Academiis, quod iam in multis receptum laudabiliter est, de ceteris item antiquis linguis, maxime semiticis, deque congruente cum illis eruditione, sint magisteria, eorum in primis usui qui ad sacras Litteras profitendas designantur.

(*Prosequetur.*)

---

(1) *De sacerdot.* IV, 4.—(2) I Cor. IX, 22.—(3) I Petr. III, 15.

## OBISPADO DE OSMA.

### CIRCULAR NUM. 12.

Sea Dios bendito, que, en medio de los cuidados é inquietudes continuas de nuestro ministerio parrotal, no nos escasea los motivos de consuelo; porque consoladora es, en alto grado, la participación que nuestra amadísima Diócesis toma en la gran Peregrinación nacional y obrera, que dentro de pocos dias ha de dirigirse á Roma.

Nadie que conozca la situación económica de la mayoría, por no decir de todos los pueblos del Obispado, podía esperar éxito tan brillante; pero allegábanse á la penuria de recursos otros obstáculos poderosos, no siendo el menor de ellos el mismo carácter de los naturales, muy amantes del propio terruño y generalmente nada aficionados á lejanas expediciones. Nós mismo, al excitar una y otra vez á nuestros queridos hijos á asociarse al extraordinario entusiasmo producido en toda España por el pensamiento de la Peregrinación, si bien estábamos sobradamente seguros del interés y docilidad con que habría de ser escuchada nuestra palabra, no podíamos tampoco abrigar esperanzas de resultado tan lisonjero.

Todo lo han vencido, sin embargo, la fé ardentísima de nuestros diocesanos y su amor ferviente á la Santa Iglesia y á su Cabeza visible el Romano Pontífice. Los *setenta* peregrinos oxomenses, no vacilamos en afirmarlo, representan mayor suma de sacrificios y significan mayor intrepidez cristiana, que los centenares enviados por otras diócesis, donde el comercio y la industria prestan más eficaz impulso á la riqueza pública y privada, y las corrientes de la vida moderna avivan el deseo de comunicar con gentes extrañas. Esos *setenta* peregrinos que con Nós han de postrarse ante el Vicario de Jesucristo, cobijados bajo el estandarte en que campea expresiva alegoría de Santo Domingo de Guzmán, y, como el mas esclarecido de todos sus timbres, el santo Rosario de María, representarán allí en momento tan solemne la arraigada fé y la piedad nunca desmentida de todos los habitantes de este territorio diocesano,



que con justicia se gloria de haber dado á la Iglesia uno de sus más esforzados campeones, al que fué martillo de la heregia albigense.

Mas ahora queremos todavía completar cuadro tan hermoso y consolador. ¿De qué manera? Haciendo que, mientras los peregrinos logramos la dicha inefable de agruparnos en deredor de la sagrada Cátedra del Maestro infalible, se congreguen acá clero y pueblo al pié de los altares, uniéndonos todos en espíritu, para rogar fervorosamente por las necesidades de la Iglesia y por la prosperidad de la Santa Sede y del augusto Pontífice que la ocupa, el admirable octogenario León XIII.

Disponemos, al efecto, que en nuestra Santa Iglesia Catedral y en la insigne Colegial de Soria, así como en todas las parroquiales del Obispado, —y donde hubiere más de una, en la que de acuerdo designen los párrocos, —se celebre con la solemnidad posible en la tarde del domingo, 15 del corriente, fiesta del Patrocinio de San José, una función religiosa con exposición mayor de S. D. M., Estación, Rosario, Sermón ó Plática alusiva al objeto de la peregrinación espiritual, y Reserva. Nos complacería sobremanera el que estos actos fuesen precedidos de Comuniones generales, y esperamos del celo de nuestros párrocos que procurarán estimular oportunamente á sus feligreses á acercarse á la sagrada Mesa en la mañana del mismo día 15.

Por último, como quiera que para cumplir el deber de verificar la *Visita ad Limina Apostolorum* y practicar en Roma otras diligencias, no habrían de bastarnos los días que allí permanecerá la Peregrinación, hemos determinado anticiparnos algunas dias haciendo el viaje por tierra. Durante nuestra ausencia, dejamos confiado el Gobierno de la Diócesis al M. I. Sr. Doctor D. Cándido Moro y Alvarez, Canónigo de la Santa Iglesia Catedral y nuestro Secretario de Cámara, quien despachará asimismo los asuntos del Tribunal eclesiástico, por haber de acompañarnos en la peregrinación nuestro Provisor y Vicario General.

Confiamos que nuestros muy amados clero y fieles Nos tendrán presentes en sus oraciones para que con el divino auxilio podamos regresar felizmente al seno de esta nuestra familia espiritual, y de nuestra parte les prometemos orar por su prosperidad y aumento de virtudes, como lo hacemos sin intermisión, pero lo ha-

remos de modo especial ante los gloriosos sepulcros de los Apóstoles San Pedro y San Pablo.  
Burgo de Osma 31 de Marzo de 1894.

† VICTORIANO, *Obispo de Osma.*

---

## SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO.

---

S. Sria. Ilma. y Rvma. el Obispo, mi Señor, ha determinado, contando con el favor divino, celebrar Ordenes generales mayores y menores en las próximas temporadas de la Sma. Trinidad.

Por tanto, los que aspiren á recibirlas, deberán presentar en esta Secretaría, antes del 25 de Abril próximo, los documentos correspondientes conforme á lo establecido en Edicto de 14 de Febrero último.

Los exámenes tendrán lugar el día 1.º de Mayo y siguientes. Los ejercicios espirituales principiarán el 6 del mismo mes.

Burgo de Osma 30 de Marzo de 1894.—DR. CÁNDIDO MORO, *Canónigo Secretario.*

---

## JUNTA DIOCESANA

### DE PEREGRINACION Á ROMA.

---

Esta Junta diocesana, reunida bajo la presidencia de nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado, ha acordado con esta fecha nombrar Delegado suyo para representarla en la Peregrinación por mar, en cuanto fuere menester, al Sr. D. Enrique Hernando, Cura párroco de Santa María del Rivero de San Esteban de Gormáz, y Jefes de los dos grupos de peregrinos diocesanos á D. Romualdo Ramón y D. Pedro Hernando, párrocos respectivamente de Quintana Redonda y Recuerda.

Lo que se publica en el BOLETIN OFICIAL del Obispado para conocimiento de aquellos á quienes interesa.

Burgo de Osma 31 de Marzo de 1894.—El Secretario de la Junta, PELAYO RUIZ, *Canónigo.*

---

## NOTICIAS ACERCA DE LA PEREGRINACION.

---

Las distinguidas señoritas de esta Villa, á quienes, como se dijo en el anterior BOLETIN, nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado encomendó la confección del estandarte bajo el cual han de agruparse los peregrinos de esta Diócesis en la solemne audiencia pontificia, trabajan sin descanso en la ejecución de una labor que con tanto entusiasmo han tomado á su cargo, deseosas de contribuir al mayor esplendor de la grandiosa manifestación, que de su ardentísimo espíritu católico vá á realizar nuestra querida pátria, y especialmente á que la Diócesis de Osma, á pesar de su pobreza y de otras dificultades notorias, ocupe en la Peregrinación un lugar glorioso, digno de su preclara historia y de la inquebrantable devoción de todos sus hijos hácia el Vicario de Jesucristo.

Para satisfacer justos deseos de los lectores del BOLETIN y porque es conveniente que en sus páginas se conserve memoria del suceso, haremos una breve y pávida reseña de dicho estandarte.

Ostenta en su anverso una alegórica representación de la Diócesis de Osma, para cuya ejecución con muy buen acuerdo se han elegido motivos y atributos de Santo Domingo de Guzmán, nacido en Caleruega, pueblo de la misma, y Canónigo y sub-Prior de esta Santa Iglesia Catedral.

El estandarte está formado por un rectángulo, que mide 75 centímetros de ancho por 1 metro 6 centímetros de alto. Es de raso blanco, rodeado de magnífico cordón y fleco de oro. Su lado inferior le forman tres elegantes ondas con fleco y borlas del mismo precioso metal.

En su parte superior y en letras de oro se lee esta inscripción:

**DIOCESIS DE OSMA**

**ESPAÑA.**

En el centro, sobre artístico medallón rodeado de primorosas hojas y flores bordadas con sedas, están representadas las armas de la casa de Guzmán, bordadas sobre raso azul celeste y rosa.

En la parte inferior concluye admirablemente la composición un hermoso rosario de amatistas con cruz y engarce de oro, entre el que se deja ver el simbólico perro, apoyado en el mundo, con la tea en la boca, y descansando sobre el libro de las Constituciones de Santo Domingo.

En el reverso, ocupa la parte superior una inscripción bordada con letras de oro, que dice así:

### PEREGRINACIÓN NACIONAL Y OBRERA.

En el centro, y sobre fondo rojo, bordadas con plata, se ostentan las armas de la provincia de Soria, con su puente, castillo y coronada cabeza, y alrededor la inscripción: SORIA PURA, CABEZA DE EXTREMAURA, bordada en oro.

Inmediatos al óvalo en que están las armas, en cuatro pequeños espacios que motiva la composición, van aplicaciones de raso gualda, que con el rojo del fondo forman magnífico contraste y son al mismo tiempo manifestación de nuestros colores nacionales.

En la parte inferior, y en grandes números bordados en oro, el año en que la peregrinación se verifica: 1894.

Todos los demás accesorios, como cintas, borlas, remates etc., son de esquisito gusto y no pequeño valor.

En resumen, el estandarte, dado el escasísimo tiempo de que se ha dispuesto para su confección, resulta muy artístico y elegante, y honra á la Diócesis oxomense, á las señoritas del Burgo, que en labor tan hermosa dan muestra acabada de su habilidad en el bordado, no menos que de su fervorosa piedad, así como también al reputado artista D. Pedro Ibañez Gil, autor del dibujo.

---

Para evitar el pago de derechos ó multas, conviene que las provisiones de comida sean en la menor cantidad posible. El tabaco paga derechos de aduana muy elevados y la ocultación de él, descubierta, sufre exageradas multas. Se recomienda, pues, muy especialmente, que nadie lleve más que los cigarros indispensables para el viaje. Declárese todo en las aduanas.

---

Los peregrinos se encargarán de recoger en las estaciones su billete de ferrocarril en la taquilla donde se

expenden, entregando en cambio la hoja correspondiente del talonario que lleva cada uno de ellos. Dicha hoja deberá cortarla del talonario *precisamente* el empleado de la Compañía de ferrocarriles que la canjee por el billete, y nunca el interesado.

Según comunicación oficial de la Nunciatura Apostólica en Madrid, el Padre Santo se ha dignado conceder «á todos los Confesores aprobados la facultad de oír confesiones durante la Peregrinación, comprendido el viaje por tierra y mar, y á todos los peregrinos por el mismo tiempo el indulto de la Cruzada fuera de España.»

## PEREGRINACION A ROMA.

SEÑORES INSCRIPTOS HASTA LA FECHA:

(*Conclusión.*)

- D. Remigio Aparicio, párroco, de Valdezate.  
» Timoteo Pastor, id., de Ocenilla.  
» Calixto Carbajo, id., de Ontangas.  
» Pedro Nuñez, id., de Almazul.  
» Luis Delgado, ecónomo de Gómara.  
» Pedro Gonzalo, comerciante, de id.  
» Emilio Frias Pascual, panadero, del Burgo de Osma.  
» Julián Abarrátegui, zapatero, de id.  
» Narciso Balsa, id., de id.  
» José Cámara, carpintero, de id.  
» Juan Arnal. alpargatero, de id.  
» Francisco Orte, labrador, de Borobia.  
D.<sup>a</sup> Eufemia Bueno, de Recuerda.  
» Braulia Palomero, de Valdezate.  
D. Guillermo Millán, curtidor, de Soria.  
» Juan Izquierdo, labrador, de Villabuena.  
» Felipe Vinuesa, labrador, de Calatañazor.  
» Fortunato Martinez, id., de San Juan del Monte.  
D.<sup>a</sup> María de la Cruz Vegas, del Burgo de Osma.  
D. Quirico García, labrador, de Valdeavellano de Tera.  
» Rafael de las Heras, sastre, de Gumiel del Mercado.  
» Toribio Hernandez, labrador, de Quintanaredonda.  
D.<sup>a</sup> Petra Plaza, de id.

- D. Agustin Arranz, escribiente, de Peñaranda.  
 » Zacarias Sanz, dependiente, de id.  
 » Ramón Casado, sastre, de Roa.  
 » Francisco Romaniega, sacristán, de Aranda de Duero.  
 » Pascual Cabrerizo, labrador, de Ines.  
 » Francisco Romero, profesor primario, de Fresno.  
 » Gregorio Monje, diácono, de Soto de San Estéban.  
 » Vicente Nuñez, seminarista interno, de La Aguilera.  
 » Jorje de Pablo, sacristán, de Soria.  
 » Cirilo García, ordenanza de telégrafos, de id.

Subscripción diocesana para el Dinero de San Pedro.

|                                                              | <u>Reales</u> | <u>Cts.</u> |
|--------------------------------------------------------------|---------------|-------------|
| <i>Suma anterior.</i> . . . . .                              | 3450          | »           |
| M. I. Sr. D. Antonio Marquez, Arcipreste. . . . .            | 100           | »           |
| » » D. José Gutierrez Lagüera, Chantre. . . . .              | 100           | »           |
| » » D. Isidro Soto, Canónigo Doctoral. . . . .               | 100           | »           |
| » » D. Juan García, id. Penitenciario. . . . .               | 100           | »           |
| D. Miguel Gete, párroco de la Losilla. . . . .               | 10            | »           |
| » Tiburcio Cabezudo, id. de Sotos del Burgo . . . . .        | 12            | »           |
| » Aquilino Gonzalez, id. de Matanza. . . . .                 | 100           | »           |
| » Clemente Peñalba, id. de Fresno. . . . .                   | 20            | »           |
| » Francisco Romero. . . . .                                  | 8             | »           |
| » Félix Rubio, párroco de Fuentenebro. . . . .               | 40            | »           |
| » Benito Merino, id. de Aldehorno. . . . .                   | 40            | »           |
| » Alejandro Jiménez, id. de Fresnillo. . . . .               | 8             | »           |
| » Julian de Pablo. . . . .                                   | 20            | »           |
| » Remigio Sanz, Arcipreste de Aranda . . . . .               | 120           | »           |
| » Tomás Sanz. . . . .                                        | 20            | »           |
| » Tomás Martin. . . . .                                      | 8             | »           |
| » Francisco Morales. . . . .                                 | 8             | »           |
| » Manuel Martinez. . . . .                                   | 12            | »           |
| » Nicolás Sanz. . . . .                                      | 4             | »           |
| D. <sup>a</sup> Antonia Gallo. . . . .                       | 4             | »           |
| Un diocesano. . . . .                                        | 10            | »           |
| D. Donato Cábria, párroco de Rábanos. . . . .                | 40            | »           |
| » Agustin Pastor, id. de Vildé. . . . .                      | 40            | »           |
| » Primitivo Martin, id. de Hinojosa de Cer-<br>vera. . . . . | 12            | »           |
| <i>Suma y sigue.</i> . . . . .                               | <u>4386</u>   | »           |

|                                                      | <u>Reales.</u> | <u>Cts.</u> |
|------------------------------------------------------|----------------|-------------|
| <i>Suma anterior.</i> . . . . .                      | 4386           | »           |
| Sr. Cura párroco de Fuencaliente. . . . .            | 20             | »           |
| Idem id. de Villanueva de Gormaz.. . . .             | 60             | »           |
| Idem id. de Hinojar de Cervera.. . . .               | 8              | »           |
| Idem id. de la Mayor de Soria. . . . .               | 100            | »           |
| Idem id. y feligreses de Fuentecantales. . . . .     | 46             | »           |
| Idem párroco de Suellacabras. . . . .                | 25             | »           |
| Idem id. de Ucero. . . . .                           | 40             | »           |
| Idem id. de Arauzo de Miel. . . . .                  | 40             | »           |
| Idem id. de Ontoria del Pinar. . . . .               | 20             | »           |
| Idem id. de Pinilla de Trasmonte. . . . .            | 20             | »           |
| Idem id. de Mambrilla.. . . .                        | 40             | »           |
| Idem id. de Acinas y un feligres. . . . .            | 24             | »           |
| Idem id. de Casarejos. . . . .                       | 20             | »           |
| Idem id. de Guijosa.. . . .                          | 40             | »           |
| Idem id. de Caltilfrío. . . . .                      | 100            | »           |
| Idem id. de Serón. . . . .                           | 100            | »           |
| Idem id. de San Martin de Rubiales. . . . .          | 80             | »           |
| Idem id. de Osona. . . . .                           | 40             | »           |
| Idem id. de San Leonardo. . . . .                    | 8              | »           |
| Idem id. de Talveila. . . . .                        | 10             | »           |
| Idem id. de Valdenebro. . . . .                      | 6              | »           |
| Idem id. de Gumiel de Izán. . . . .                  | 18             | »           |
| Idem id. de Castrillo de la Reina. . . . .           | 20             | »           |
| Idem id. de Olmedillo. . . . .                       | 60             | »           |
| Idem id. de Peñaranda.. . . .                        | 20             | »           |
| Idem id. de Baños de Valdearados.. . . .             | 40             | »           |
| Idem id. de Valdegrulla. . . . .                     | 20             | »           |
| Idem id. de Alcubilla del Marqués.. . . .            | 14             | »           |
| Idem id. de Torlengua.. . . .                        | 74             | »           |
| Idem id. de Peñalba de San Estéban. . . . .          | 30             | »           |
| D. Jacinto Férez, Beneficiado de la S. I. C. . . . . | 12             | »           |
| » Clemente Marquez, id.. . . .                       | 12             | »           |
| » Hermenegildo Peracho, id. . . . .                  | 12             | »           |
| » Juan Salvadios, id. . . . .                        | 12             | »           |
| Sr. Cura párroco de Herrera.. . . .                  | 54             | »           |
| Idem id. de Langa. . . . .                           | 20             | »           |
| D. Nicolás de Rivas, Notario eclesiástico. . . . .   | 80             | »           |
| » Venancio Médico, de Gumiel de Izán.. . . .         | 60             | »           |
| » Pedro Martinez Landa. . . . .                      | 100            | »           |
| <i>Suma y sigue.</i> . . . . .                       | <hr/> 5891     | »           |

|                                                        | <u>Reales.</u> | <u>Cts.</u> |
|--------------------------------------------------------|----------------|-------------|
| <i>Suma anterior.</i> . . . . .                        | 5891           | »           |
| » Luciano Velasco. . . . .                             | 10             | »           |
| » Eduardo Velasco. . . . .                             | 10             | »           |
| » Manuel García. . . . .                               | 10             | »           |
| Feligreses de Ontoria del Pinar. . . . .               | 14             | 40          |
| D. <sup>a</sup> Mercedes Braganza de Peñaranda.. . . . | 4              | »           |
|                                                        | <hr/>          |             |
| TOTAL. . . . .                                         | 5939           | 40          |

## ORDENES.

En las celebradas por nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado el día de Sábado Santo en la Capilla de su Palacio Episcopal, han sido promovidos los sujetos siguientes:

### Al Presbiterado.

D. Casiano Pérez Alvaro, de Rabanera del Campo.—  
D. Mariano Santos González, de Anguix.

### Al Diaconado.

D. Braulio Mayor Pérez, de Alparrache.—D. Casimiro Lopez Carazo, de Quintanilla de Nuño Pedro.—Don Cecilio Sanz Almajano, de Peroniel.—D. Clemente Nuñez Peña, de Quintanas Rubias de Abajo.—D. Gregorio Monge Redondo, de Soto de San Estéban.—D. Juiián Arribas Martinez, de San Juan del Monte.—D. Laureano Romero Gutierrez, de Nomparedes.—D. Marino Rubio Almajano, de Reznos.—D. Plácido Alvarez Egido, de Andaluz.—D. Pedro Lucas Delso, de Valdegeña.—Don Roque Calvo Izquierdo, de Burgo de Osma.

---

**Sumario de este número.**—Encíclica de Nuestro Señor el Papa León XIII sobre el estudio de la Sagrada Escritura (texto latino, *continuación*).—Circular núm. 12 de nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado sobre peregrinación á Roma y nombramiento de Gobernador eclesiástico durante su ausencia con motivo de aquella.—Aviso de la Secretaría de Cámara para Ordenes en las temporas de Trinidad.—Nombramientos de Delegado diocesano y Jefes de grupo para la peregrinación á Roma.—Noticias acerca de la Peregrinación.—Peregrinos inscriptos en esta Diócesis.—Subscripción diocesana para el Dinero de San Pedro.—Ordenes.

---

*Burgo de Osma.—Imp. de Francisco Jiménez.*